

atque inordinabili scemate edificata erat nec poterat sua inordinatione ac paruitate aliorum sanctorum reliquias, que inibi plurima habebantur, bene¹⁾ atque honeste prout decebat per aras congruas capere. Quod indignum ferens uir domini memorabilis Eurardus precepit, ut pars (f. 251) domus domini, in qua sanctorum pignora habebantur, stans atque immunis a casu seruaretur, pars uero tocius corporis ecclesie reliqua funditus euerteretur atque ita fieri uolebat, ut postquam que corruerat ordinabiliter atque firmiter a fundamentis ex maiori parte reparata fuisset, sanctorum inibi reliquie conderentur, ac sic demum pars altera que residua fuerat, funditus similiter euulsa a fundamentis ad lineam partis anterioris erecta conurgeret etc.

Zum Schlusse sei noch bemerkt, dass an die oben mitgetheilte Stelle der Translatio die Verse über den Markgrafen Eberhard anklingen, welche Dachery (*Spicilegium* XII, 495) abgedruckt hat. Sie berufen sich auf einen liber historialis als Quelle und sind aus einem Martyrologium des XV. Jahrh. entnommen, jetzt in Lille B. G. 12 bezeichnet.

II.

Klage um den Tod des Grafen Raimund von Barcelona.

- 1 **A**d carmen populi flebile cuncti
Aures nunc animo ferte benigno,
Quod pangit meritis uiuere laudes
Raimundi proceris, patris et almi.
- 2 **B**ellis terra potens, ubere gaudens
Quo nunc Esperie uulnere langues?
Cui turris patrię et lapsa repente
Raimundus procer, hunc morte premente.
- 3 **C**lari progenies pulcra Borrelli
Raimundus teneris cepit ab annis
Dux insigne patris ius moderandum,
Christi precipuus munere factus.
- 4 **D**um celsus procerum culmine staret
Ceruicemque patris flecteret orbis,
Extolli timuit dulcis amator
Et rector populi ceu pater omnis.

1) 'bene — habebantur' fehlt im Drucke, weiterhin 'reparata' und 'inibi' und für 'ac sic' steht 'ac si'.

V. 2, 2 languens Hs. 4, 4 populus verb. in populi Hs.